540 d6

Krasowo Symbory — Obligatio

Coram officio et Actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Jacobus olim Christophori Krasowski de Krasowo Gostki et Lukawica haeres Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Nobili Pawło olim Martini Symbor Rybałt et ipsi posteris bona sua omnia mobilia et immobilia in haereditate Krasowo Gostki consistentia de post parentes suos jure naturalis successionis tum et alias quasvis personas quovis modo et juris titulo concernentia in agris habitis agris pratis campis silvis borris rubetis stagnis et cum omnibus ac singulis utilitatibus fructibus attinentiis nullis exceptis praeter aedificiis et sepibus quae sibi deportanda reservat in summa Ducentorum florenorum polonicalium hinc usque ad exemptionem obligavit ac inscripsit Cui jam eundem intromittendi cum pacifica possessione per ministeriale et Nobiles duos acceptandam dat et admittit Submittendo se cum suis posteris de sobris bonis memoratum tenutarium et eius posteros occasione praemissorum ab omni impedimento juridico quarumvis personarum propinquarum et remotarum libere eximere et liberare solus per se et per submissas personas non impinare sub vadio decem florenorum polonicalium indefensionis evictionis seu praedictae possessionis ad solvendum succumbendo. Et coram officio praesenti in primo citationis termino peremptorio antiquo omnibus contra exceptionibus allegationibus evasionibus dilationibus quibusvis appellationibus ac poenarum prosequutionibus ac aliis in universum juris remediis et defensis ac legalibus impedimentis etiam de jure concessibilibus se et suos haeredes [illegible] subscribendo

Lukawica — Cessio

Coram officio et Actis praesentibus personaliter comparentes Nobiles Joannes vicecamerarius et Adamus nomine suo et Nobilis Valentini fratris sui germani filii olim Joannis Lubowiecki de Lubowic Kuggno haeredes Sani mente et corpore existentes palam ac libere recognoverunt Quia Nobili Jacobo olim Stanislai Lukawski et ipsi posteris de omni et integro jure suo seu inscriptione certa per olim Nobilem Stanislaum Lukawski parentem eius olim Nobili Mariannae Lubowiecka sorori eorum et consorti suae in haereditate omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in bonis Lukawica consistentium super summam Ducentorum florenorum polonicalium modo reformatorio facta et super se et fratres germanos jure naturalis successionis spectantem cum bonis permotis poenae bannitionis eo nomine obtenta accepta dudum sufficienti satisfactione cedunt et condescendunt omneque et integrum jus suum dicti ad praemissa serviens in personam ipsius ac eius successorum plenarie transferunt et transfundunt intromittendo illi ex nunc eam possessionem per ministeriale et Nobiles acceptandam admittendo

Wysoki Wypychy — Cessio

Coram officio et Actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Anna filia olim Joannis Wysocki relicta primi Mathiaskie secundi matrimonii consors Joannis Ziemowski tutoris coniugalis personali assistentia et consensu et Nobilis Joannes filius olim Josephi Martini

Kłoppski